

nes aliorum sulphurum in aliud quàm proprium corpus iniectorum, at non eò res peruenit, vt optatur. Notandum interea sulphur expertissimum operatorem, & non præsumptuosum putatitiumve requirere.

De arsenico ad Alchimiam usurpato.

CAP. XVIII.

QUOD arsenicum de genere sulphurum potiùs, quàm sit mercuriorum, statim post sulphura subnectere visum est. Nonnulli chimistæ veteres, Sophistæ potiùs, chimistica laborantes, icteritia, id est auri cupiditate turgentes, ac flauit tamquam hydropici, videntes in arsenico tincturam albam veneris, & rubeam in calaminari lapide, credentes quoque in istis verum arcanum contineri lapidis, electrum album & rubeum existimarunt argentum & aurum, donec per examina contrarium experti sunt, vanum opus videlicet. Nec eo contenti, progressum fecerunt obstinatissimum ad fixationem vt peruenirent, ac tantif-

R 4